



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Divi Thomae Aqvinatis Doctoris Angelici Opera Omnia

Summa diligentia ad exemplar Romanæ Impreßionis restituta

Secunda secundae Summa Theologiae

Thomas <von Aquin, Heiliger>

Venetiis, 1593

3 Vtrum sit maximum peccatorum.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72772](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-72772)

morem, & huiusmodi. Et similiter quia in eo est pars rationalis, in qua est voluntas, oportet ipsum subijci præceptis spectantibus ad iustitiam, vel iniustitiam. Et eadem ratione, quia conscientia est, ut in ipso sit natura divina participativa: ideo oportet ipsum subijci præceptis fidei, spei, & charitatis, ad huiusmodi participationem spectantibus.

Et sicut non potest iure cogeri de Deo, quod fecerit ipsum in gradu rationali: ita non potest iure cogeri, quod contumaciter ipsam in hoc, quod sit participans divina natura. Et quemadmodum data iam natura rationali non potest quis resistere præcepta spectantia ad illam: ita data iam creaturæ ratione, non potest resistere præcepta ad illam pertinentia. Et per hæc patet clare responsio, & solutio questionis. Nam non est simile, quod asseritur pro simili: quia non præsupponitur, quod rex possit homines constituere in gradibus sine ipsis nominibus, sicut potest Deus, qui creat nos sine nobis. Nec præsupponitur, quod homines sint iam constituti in gradu nobilitatis, ut in proposito inveniuntur. Simile autem esset si præsupposito quod iam essent civis in gradu nobilitatis, & resistere vellet præcepta regia spectantia ad nobilitates. Creaturæ namque rationales ab initio institutæ sunt, ut essent, & viverent non solum secundum proprias naturas, sed secundum divinam naturam consortium: & propterea merito præceptis supernaturalibus subijciuntur, tenenturque ad maximas gratias Deo, quod eas tanti fecit, ut tam ex cello gradu constitueret. Propter quod non solum iustum est, ut non credendo priventur bonis gratiis, sed etiam ut damnentur, utpote nolentes vivere secundum constitutionem eis divinitatis participationem a datore, & distributore naturarum, & graduum. Propter hos enim scriptum est. Homo cum in honore esset, non intellexit, comparatus est iumentis insipientibus, dum in proprijs naturæ manet opponens se altissimi causæ iudicio: & ideo similis factus est illis. Nec excusantur a contemptu resistentes fidem: quia nolunt subijci præceptis, quibus tenentur, ut iam declaratum est.

¶ Super Questionis decima Articulum secundum.

IN art. 2. eiusdem questionis, adverte, quod sicut assentire his quæ sunt fidei, constituit statim hominem fidelem:

1ib. 31. Mor. 2. 31. a. med.

2. di. 36. q. 1. ar. 2. ad 4. & 3. di. 34. q. 2. art. 3. q. 1. ad 4.

* cap. 10. & 31. tom. 6.

† ar. præced.

Glo. ordinata. ibi.

1ib. 31. Mor. 2. 31. a. med.

ARTICVLVS II.

Utrum infidelitas sit in intellectu, sicut in subiecto.

AD SECUNDVM sic proceditur. Videtur, quod infidelitas non sit in intellectu sicut in subiecto. Oportet enim peccatum in voluntate esse, ut Aug. dicit in lib. 2. de duabus animabus: sed infidelitas est quoddam peccatum, ut dictum est. Ergo infidelitas est in voluntate sicut in subiecto, non in intellectu.

¶ 2. Præter. Infidelitas habet rationem peccati ex eo, quod prædicatio fidei contemnitur: sed contemptus ad voluntatem pertinet. Ergo infidelitas est in voluntate.

¶ 3. Præter. 2. ad Corinth. 11. super illud, Ipse Sathanas transfiguratur se in angelum lucis, * dicit glossa quod si angelus malus se bonum fingat, & si credatur bonus, non est error morbidus, si facit, vel dicit, quæ bonis angelis congruunt. Cuius ratio esse videtur propter rectitudinem voluntatis eius, qui ei inhaeret, intendens bono angelo adherere. Ergo totum peccatum infidelitatis esse videtur in peruersa voluntate. Non ergo est in intellectu, sicut in subiecto.

SED CONTRA. Contraria sunt in eodem subiecto: sed fides, cui contrariatur infidelitas, est in intelle-

Fita in his, quæ consistunt spectare ad fidem, diffinitur: huiusmodi infidelitas. Dissentire autem dicitur. Primo, positive sentiendo contrarium, ut Deum non esse incarnatum. Secundo, negando quod consistat teneri a fide. Et hoc duplex est.

¶ Sicut in subiecto: ergo & infidelitas in intellectu est.

Respon. Dicendum, quod sicut supra dictum est, peccatum dicitur esse in illa potentia, quæ est principium actus peccati. Actus autem peccati potest habere duplex principium. Vnum quidem primum, & vniuersale, quod imperat omnes actus peccatorum: & hoc principium est voluntas: quia omne peccatum est voluntarium. Aliud autem principium actus peccati est proprium & proximum, quod dicitur peccati actum. Sicut concupiscentialis est principium gula, & luxurie: & secundum hoc gula, & luxuria dicitur esse in concupiscentia. Dissentire autem, qui est proprius actus infidelitatis, est actus intellectus, sed motus a voluntate, sicut & assentire: & ideo infidelitas sicut, & fides, est quidem in intellectu sicut in proximo subiecto: in voluntate autem sicut in proximo motu. Et hoc modo dicitur esse in voluntate. Vnde patet ratio ad primum.

AD SECUNDVM dicendum, quod contemptus voluntatis causat dissentium intellectus in quo perficitur ratio infidelitatis. Vnde etiam infidelitatis est in voluntate: sed ipsa infidelitas est in intellectu.

AD TERTIVM dicendum, quod ille, qui credit malum angelum esse bonum, non dissentit ab eo, quod est fidei: quia sensus corporis fallitur, mens vero non remouetur a vera recta: sententia, ut ibidem dicitur * glossa: sed si aliquis Satane adhereret, cum incipit ad sua adducere, id est, ad mala & falsa, tunc non caret peccato, ut ibidem dicitur.

ARTICVLVS III.

Utrum infidelitas sit maximum peccatorum.

AD TERTIVM sic proceditur. Videtur, quod infidelitas non sit maximum peccatorum. Dicit enim Aug. & habetur 6. questionis. 1. Vtrum catholicum pessimum

infidelitas ponitur grauisimum peccatum ex gravitate eius pensatur ex parte auersionis. Nam grauisimum peccatum est in genere suo, quæ est grauis substantiatis eius, & obiectum, seu finem peccati, ut in quest. 7. præcedente. Auersionem autem in peccato dividitur contra obiectum, & finem. Ad hoc breuiter dicitur ex prædicto loco, quod consequitur conuersionem ad obiectum, quanto magis, tanto auersionem est tanto grauius peccatum hoc peccatum grauis ex genere, est grauis ex obiecto: & sic est in proposito. Nam maximum peccatum sit in dissentio contemnitur ueritatem primam, & contrarium primæ ueritati: ac per hoc

ma veritate non solum secundum affectum, vt vita moralia: sed secundum cognitionem, ut in litera dicitur: & propterea eis omnibus grauis est.

In eodem articulo dubium ex duplici capite occurrit circa illa verba. Nec potest esse, quod quantum ad quid Deum cognoscat, qui falsam opinionem de eo habet: quia id quod ipse opinatur, non est Deus. Primo, quia falsa videtur, quoniam infidelis, puta, Iudas, vel phariseus, tenens fidem incarnationis, quantum ad aliquod Deum cognoscit, puta, quod est super omnia actus purus, optimus omnium, prima causa &c. Et hoc opinatur, non assumptis carnem, est Deus. Et confirmatur, quia aliter fidelitas, & infidelitas non essent de eodem, scilicet Deo. Et semper esse equiuocatio inter fidelem, & infidelem in disputando &c. Secundo, quia presupponitur vnum falsum, scilicet, quod omnis infidelis error circa Deum, cum conuenit infidelem errantem alius, puta, quod Iudas non fuit filius Abrabae, & similibus.

Ad hoc ordine retrogrado dicitur, quod quod obiectum fidei est Deus, & oppositum eius circa idem, in fidelis circa Deum est. Et quemadmodum quicquid sub fide comprehenditur, intantum ad fidem pertinet, in quantum ad Deum reducitur: ita quicquid ad infidelitatem spectat ut sic, ad Deum reducitur. Qui enim negat Iudaeum esse filium Abrabae, affirmat auctorem facere Scripturarum Spiritum sanctum esse mendacem: & simile est in aliis. Et propterea omnis infidelis falsam opinionem de Deo, ut in litera dicitur.

Ad primum autem dicitur, quod aliud est locum de infideli ut sic, & aliud de homine infideli aliam cognitionem habente. Non enim dicitur in litera, quod homo infidelis nullam habeat cognitionem de Deo, quod obiecia impugnant: sed dicitur, quod per infidelitatem non cognoscitur Deus nec simpliciter, nec secundum quid. Non simpliciter: quia falsa aliam cognitionem, non est illius cognitio, sed error de illo: & propterea non facit appropinquare ad illud, sed elongari ab illo. Ignorantia enim praeter dispositionem elongat ab eo, quod sic ignoratur. Nec secundum quid: quia falsa enuntiatio ut sic, assert oppositum subiecti simpliciter, vel secundum quid, iuxta materiam necessariam, vel contingentem. Cum enim dicitur, Sortes

non est risibilis, per istam enuntiationem assertur non Sortes: quia non risibile infert non Sortem. Cum autem dicitur, Sortes currit ipso sedente, assertur non Sortes nunc: quia assertur Sortes currens, qui non inuenitur. Et sic in omni materia patet, quod falsa enuntiatio ut sic, nihil cognitionis largitur de subiecto: quia oppositum subiecti refert. Et si dicatur, quod largitur saltem cognitionem incomplextam terminorum, dicendum est, quod huiusmodi cognitio non spectat ad falsam enuntiationem, sed praesupponitur, & in proposito non spectat ad infidelitatem. Unde in litera non dicitur, quod terminus non apprehensus, non est Deus: sed quia id, quod ipse opinatur, non est Deus. Quod enim opinatur infidelis, ut sic, non est Deus, ut declaratur per hoc patet solutio obiectionum. Acquiuocatio nanque esset in proposito secundum terminos incompletos, qui supponuntur, si uarie iumentur: sed non sic est in proposito. Aliud est enim dicere, quod id, quod supponitur incarnari, uel non incarnari, est Deus: & aliud est dicere, quod id, quod asseritur ex falsa fide incarnationis, non est Deus. Nam inferatur Deus non incarnatus, qui non est Deus. Nihil ergo est infidelitate, in quantum huiusmodi, cognoscitur de Deo, sed elongatio ut intellectus ab eo: & ideo auersio maior est in ea, quam in ceteris moralibus: quia affectum quidem a Deo: sed intellectum a creatis ueritatibus auertunt, ut patet in uirtutibus cardinalibus.

In responsione ad tertium in eodem articulo, nota quam graua sint scelera Christianorum, ut cognoscentes grauitatem peccatorum, faciamus iudicium, & iustitiam de nobis condigne.

Ad secundum dicendum, quod infidelitas habet ignorantiam adiunctam, & habet dissentium ad ea, quae sunt fidei: & ex hac parte habet rationem peccati grauissimi. Ex parte autem ignorantiae habet aliquam rationem excusationis, & maxime quando aliquis ex malitia non peccat, sicut fuit in Apostolo.

Ad tertium dicendum, quod infidelis pro peccato infidelitatis grauius puniatur, quam alius peccator pro quocumque alio peccato, considerato peccati genere: sed pro alio peccato, puta pro adulterio, si committatur a fidei, & ab infideli, ceteris paribus grauius peccat fidelis, quam infidelis, tum propter notitiam ueritatis ex fide: tum etiam propter sacramenta fidei, quibus est imbutus, quibus peccando contumeliam facit.

ARTICVLVS IIII.

Utrum omnis actio infidelis sit peccatum.

Ad quartum sic proceditur. Videtur, quod quaelibet actio infidelis sit peccatum, quia super illud Rom. 14. Omne quod non est ex fide, peccatum est: & di-

In articulo 4. eiusdem questionis dubium occurrit ex Gregorio de Arimino in 38. distinctio. & reliquis usque ad 41. secundi sententiarum, uolente, quod omnis actus infidelium simpliciter, qui nulla fide credunt Deum, sit malus moraliter, quia deest in omnibus circumstantia ultimi finis, quia scilicet non fit recta intentione propter Deum ultimate: quia non cognoscunt Deum ultimate. Secunda Secunda S. Thomae. D 2 diligenter

q. 94. ar. 2. & q. 20. ar. 3.

2 dist. 2. q. 1. ar. 2. col. 1. Et di. 4. q. 1. ar. 2. ar. 5. ad 7. & Ro. 14. 5. Sumitur ex Aug. & habetur in lib. Sent. collectis ex Aug. cap. 106. tom. 3.

Super Questionis decima Articulum quartum.